



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 2. Quæ apponi possint contra præsentantes, seu præsentatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

art. 10. Antequam tamen  
8 institutio concedatur, etiam  
nullo stante contradicte  
debet habens instituere ex  
officio discutere negocium,  
& videre iura præsentantis,  
& præsentati. ad cap. vlt. de  
elect. libro 6. Ideoque clap-  
9 so † termino editi debet ta-  
lis superior præfigere termi-  
num competente eis ad pro-  
ducendum eorum iura, &  
videre debet per examen

de præsentati idoneitate, vt  
per Lambertin. vbi supra, ar-  
tic. 11. Et hæc omnia † fieri  
debent sine strepitu, & figu-  
ra iudicij. ad clem. dispen-  
diosam de iudicijs. Et notes,  
11 quod in † præsentato suffi-  
cit ætas legitima, litteratura  
sufficiens, & morum hone-  
stas. ad glos. in cap. quando.  
distinct. 23. vide Lambertin.  
vbi supra. art. 12.

## C A P V T S E C V N D V M.

Quæ opponi possint contra præsentantes,  
seu præsentatos.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Contra præsentatum pos-  
sunt multa apponi.*
- 2 *Simonia committitur in-  
annexis spiritualibus.*
- 3 *Probari quæ debeant pro  
obtinenda institutione.*
- 4 *Habens instituere tenetur  
præsentatum instituere, si ni-  
bit sit oppositum.*

1 **O**pponi possunt † multa  
contra præsentates, seu

præsentatos posita à Lāb. de  
iurepat. li. 2. par. 2. q. 8. art. 13  
Oppositor autem potest fieri  
per Superiorem habentem  
instituere, ex eo quod patroni  
non sint in quasi possessione  
iuris præsentandi, vel quod  
ecclesia sit libera, vel quod  
præsentatio fuit facta de indi-  
gno, de non idoneo, de in-  
cognito absente, vel quod  
præsentatio non fuit accepta-  
ta infra tempus datum ad  
præ-

- præsentandum, vel quod fuit post lapsum tempus datum ad præsentandum, vel quod fuit facta non seruatis conditionibus appositis in fundatione, vel non fuit facta eo modo, & coram quo fieri debbat, vel quod per simoniam facta fuerit præsentatio:
- 2 quia t̄ simonia committitur in annexis spiritualitati, vt est ius patronatus, sicut & in ipsis spiritualibus. cap. ex insinuatione, & cap. de iure. vbi Abb. de iure patronatus, & in c. quæ situm de rerum permut. & talis præsentatio est nulla ipso iure. cap. vnico. de simonia in extraugantibus communibus: & per tales iucurritur excommunicatione, vel aliter, vt ibi.
- 3 Ad obtinendam t̄ autem institutionē hæc probari de-

bent, scilicet præsentantem esse patronum, vel esse in quasi possessione iuris præsentandi, & cautius est semper allegare quasi possessionem, quæ facilius probatur; & præsentatum habere requisita necessaria, & esse præsentatum infra tempus debitum, eumque acceptasse præsentationem de se factam, vide Lambert. vbi supra artic. 14. & fuisse factum edictum in forma. Nisi t̄ aliquid obijciatur contra præsentantem præsentatum, seu institucionem, habens instituere tenetur admittere, & instituere præsentatum. cap. monasterium, vbi glos. vltim. 16. quæst. 7. Paul. de Citad. de iurepatr. part. 6. quæst. 5. & Lambert. vbi supra art. 15.

### C A P V T T E R T I U M.

Quid agendum, si superior spernat præsentationem, & ad quid teneatur dictus superior tali casu.

#### S V M M A R I V M.

3 Præsentatus à Superiori

*Spretus debet appellare.*

2 Et adire Superiorē dicti

*Su-*